

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii ... Quo, ad eundum Exequias
Beato Bernhardo Balthasaro Scharfenbergio, Civi ornatissimo & praecipuo, ad
fini perdilecto! die III. Februarii Anno M. DC. LX. Omnes & omnium Ordinum
Literatos, invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432315>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in

B. Balth. Scharfenberg.

Rost. 1660.

44



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777432315/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432315/phys_0002)

DFG



PROGRAMMA
RECTORIS ACADEMICI
JOHANNIS QVISTORPII,
D. ΘΕΟΛΟΓ. Past. J. & Prof. P.

Quo,
ad eundum

EXEQVIAS
BEATO

**BERNHARDO
BALTHASARO
SCHARFENBERGIO,**

Civi ornatissimo & præcipuo,
Adfini per dilecto!

die III. Februarii ANNO

M. DC. LX.



Omnes & omnium Ordinum Lite-
ratos, invitat.



ROSTOCHI,
Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

GREGORIUS.

**Feliciter quis in alterius fu-
nere meditando studium locat,
quod in suo adornando reme-
dium ferat.**



RECTOR
JOHANNES QVISTORPIUS.

 Vamvis cunctis mortalibus moriendi necessitas incumbat, ut nec sexus, nec ætas, nec locus, nec dignitas ulla quēquam à morte immunem esse sinat: tanta tamen ut pl. humanae mentes mortis capit oblivio, ut omnem de ea cogitationem deponant, & monitoribus, quibus mortis memoria refricetur, egeant. Persæ domi suæ mortuos sepeliebant, non alio fine, quām ut mortis memoria, vivorum oculis perpetuò obversaretur. Ptol. Philadelphus Rex, quoties mensæ assidebat, cibum sumpturus, ad emortui hominis cranium mensæ impositum respiciebat indeq; mortalitatem suam discebat. Nobis si vel nos ipfos ingredieremur, & à morti inju

injuria, ne ad horulæ momentum immunes
nos esse consideraremus; vel alios quos à
morte abripi cernimus, intueremur; his il-
lisq; consimilibus mortalitatis nostræ mo-
nitoribus, opus haud esset. Occantant nobis
quotquot discedunt ex tumba sua singuli
illud J. Syracidis: Memor esto judicij no-
strj, sic enim erit & tuum; Nobis heri & ho-
diè tibi. Intueamur in præsentia hunc so-
lum, cui nunc justa facimus, Civem floren-
tissimum BERNH. BAL THASARUM
SCHARFFENBERGIUM, Virum pro-
pter nobil. profapiam, propter peregrinati-
ones & variarū linguarum notitiam, orna-
tissimum, Affinem meum conjunctissimū.
Ut mors hunc nondum annis obsitum, ita
& tibi quisquis es, singulis diebus sua inten-
tat spicula: Mors in juvenes, in senes indis-
criminatim sævit. Hic Noster quadragena-
rio minor extinguitur. Mors nullatenus
respexit eus natales, nec itinera, nec virtutes,
ad quæ tamen Nos in hac terrestri vitâ atten-
dere sollicitè solemus. Scitote hunc piè de-
functum

functum, natum Rostochii An. M. DC. XXI.
PATREM habuisse Magnificum Virum, D.
NIC. SCHARFENBERGIUM, JCTum,
Consulem hujus Reipubl. amplissimum &
cordatum. Matrem ANNAM Gaulen/
Matronam religiosissimam. Avum Pater-
num itidem ConS. gravissimum BERNH.
SCHARFENBERGIUM, & Aviam
AGNETAM Beselins. Mitto Avos, Pro-
Avos, & Tritavos ex linea Materna, viros
quoque Consulares, & de hac Urbe optimè
meritos. Hujus parentes Eum peccatis in-
fectum, ad lavacrum S. Baptismatis mife-
runt, per aquam & spiritum regenerari, ac à
peccatis ablui curarunt. Postea diligenter
domi suæ, in disciplina & optimis moribus
educatum, pietatis ac virtutum Magistris in-
stituendū comiserunt, quorū ope, cum pri-
ma optimarū artiū fundamēta jecisset, & im-
perare affectibus suis didicisset, in Daniam
missus fuit. Indè, postquam aliquandiu in
domo Beati D. THOMÆ LINDEMAN-
NI, Pastoris Regii, substitisset, cum Serenis-
simi

simi Regis Daniæ CHRISTIANI. IV. Legato Nobilissimo Dn. Blsfeld trajecit in Hispaniam, eidemq; per quadriennium Madriti fuit à potioribus servitiis, & simul linguae Hispаниæ ac formæ regiminis, notitiam haud contemnendam comparavit sibi. Inde redux, sumptibus Regiis Granadam, Castiliam & Catelloniam perlustravit. Dein conculcatis Pyrenæis montibus, totam peragravit Galliam, & Parisius pedem stitit; Demum per Belgicas Provincias regressum in Patriam suam sumpsit, & per biennium Patri dilecto, variisq; Reipubl. curis distracto, solatio fuit. Vix autem biennium Rostochii transegerat, & eccè à famigeratissimo Dn. ALEXANDRO ERSCHEN, Consiliario Swecico ingeniosissimo, Osnabrugam, ubi tunc comitia Imperii celebrabantur, evocabatur, qui ei præfecturam in servos & fortunæ bona committebat; cum eodem Magnate, terras Germaniæ varias, ipsamq; Bohemiam, captâ Pragâ, calcavit. Intelligebat enim posse Trojæ, h. e. domi nasci Hectores, sed non posse

posse nisi foris fieri Ulysses, i.e. usū fieri, pere-
grinâ disciplinâ fieri, & veluti optimi Magi-
stri manu fingi. Nō fuit ille μαρμόθρεπτος ut mul-
ti; nec μητροδιδάκτος ut junior aristippus. Sanè ut
agricolæ plantas è natali solo transferre &
transferere solēt, ut latius laxiusq; crescant;
ita ingenia bona in aliud aliudq; solum trās-
lata, robur & incremētum suum sumunt, &
cum fructu patriam repetunt. Ita quoque
actum fuit, cum hocce B. SCHARFENBERGIO:
Qui Patre defuncto, aliquandiu M^{IF}AS inha-
bitavit ædes, & communi mecum Præpara-
torio usus, ne procul esset à Conjuge mea,
SOPHIA SCHARFENBERGIA, Sorore ipsius uni-
ca & percharâ. Ante quinquennium junxit
sibi Matrimonio, Virginem castissimam
DOROTHEAM **Prizbaur** / fœminam religio-
sam valdè, prognatam à Dn. JOACHIMO
Prizbaur / honoratissimo Cive Malchi-
nēse, & B. ANNA ELISABETHA OTTMANS / ma-
trona optima, cum qua in tranquillo, at in-
fœcundo connubio, vixit ex voto. Ne verò
in obscuro latitaret hic subactæ Virtutis
Vir

Vir civicus, in numerum Centum Virorum
mox receptus fuit, & cohortis civium Signi-
feri expeditissimi partes, cum multorum ap-
plausu explevit. Hâc fabulâ peractâ, Dom.
III. Epiph. in morbum incidit, qui eum
quoq; seq. Dominica ex hac vitâ abripuit,
postquam animam in manus Salvatoris JE-
su C H R I S T I, interspiria & lacrymas pio-
rum, resignarat. Non est hoc funus T R A-
LATITIUM, sed potius INDICTIVUM. Eò fre-
quentiores E. confluite, & funus hono-
rifico comitatu sequimini.

P. P. Rostochii, sub Sigillo Academiæ d. III. Febr.
ANNO M. DC. LX.

Conventus fiet hora I. in Templo
Mariano.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777432315/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432315/phys_0016)

DFG

functum, natum Rost.
PATREM habuisse Ma-
NIC. SCHARFEN
Consulem hujus Reip.
cordatum. Matrem
Matronam religiosissi-
num itidem ConS. gra-
SCHARFENBER
AGNETAM Beselin
AVOS, & TritAVOS ex
quoque Consulares, &
meritos. Hujus pare-
fectum, ad lavacrum
runt, per aquam & spi-
peccatis ablui curarun-
domi suæ, in disciplina
educatum, pietatis ac
stituendū comiserunt,
ma optimarū artiū fun-
perare affectibus suis
missus fuit. Indè, po-
domo Beati D. THO-
NI, Pastoris Regii, sub-



n.M.DC.XXI.
m Virum, D.
UM, J Ctum,
plissimum &
AM Gaulen/
Avum Pater-
m BERNH.
I, & Aviam
o Avos, Pro-
aterna, viros
Urbe optimè
n peccatis in-
tismatis mise-
generari, ac à
tea diligenter
mis moribus
Magistris in-
ope, cum pri-
jecisset, & im-
et, in Daniam
aliquandiu in
INDEMAN-
cum Serenis-
simi